nit more ꝓbatiſſimo. Siquidez decedēs inter educationē ętate illu in-
fantili, nullū vel minimū affert patri moerorē triſtitiāqz. Cōſil'is q̄qz
galloꝝ mos. q̄ ſuos liberos niſi cū adoleuiſſent palā ad ſe adire non pa
tiebātur, filiūqz in puerili ętate, in publico, in cōſpectu patris aſſiſtere
turpę ducebāt. Apud eoſdē ꝑ victimis hoīes immolabātur Apud
Parthos plures vxores vni viro maritant ⁊ cuz cōmodius ſit vt vna
duob⁹ nupta ſit, q̄z vt vni duę nubātur Illi ꝑ innumeras cōiuges vo-
lutātur. inſtar gallinaceoꝝ ſalaciſſimi. Neqz ſalacitate nimia fatiſcen-
tes. Quib⁹ herba illa Theophraſti hn̄da foret, cui⁹ tactu auctor ille g̃-
uis tradidit ſeptuageſimo cōcubitu durare libidinē. Apud eoſdem
lex erat, vt filias, ſorores, matres q̄qz ipſas in matrimoniū ducere lice-
ret, et q̄ ad nos infanda ſunt cōiugia, apud illos legitima habebantur,
qđ totū vt barbaricū ac deteſtabile proſuſqz ferinū ſic ſuggillat et exe-
crat Lētulus apud Lucanū. Nuz barbara nobis ē ignota ven⁹, quę
ritu cęca feraꝝ, Polluit inumeris leges et federa tedę Cōiugib⁹: tha
lamiqz patēt ſecreta nephandi Inter mille nur⁹, epulis veſana mero-
qz Regia nō vllis exceptos legibus horret Cōcubit⁹, totqz foemineis
complexib⁹ vinum, Nō laſſat nox tota marē iacuere] ſorores In fratꝝ
thalamis ſacrataqz pignora matris. Magi quoqz q̄ philoſophi ſtꝫ
perſaꝝ ex ritu dire ſuperſtitionis naſcunt ex infando matris filijqz con
cubitu, quod ⁊ Catull⁹ on̄dit illo ꝟſu. Nā magus ex matre ⁊ gnato
gignat oportet. Si vera ē perſaꝝ impia religio, apud eoſdem fas non
eſt expuere in mare, lauare corp⁹ in flumīe et meiere in amnicas aquas
naturā eam talibus vſib⁹ violari exiſtimātes. Trauſi qui ſunt thra-
cię populi habent luctuoſa puerperia funera lętabunda, nanqz edito
puero, ꝓpinqui eū circumſidētes cū ploratione proſequunt, recēſen-
tes quaſcunqz nccē eſt illi, q̄ vitā ingreſſus ſit, ꝑpeti humanas calami-
tates, eum vero q̄ fato functus deceſſerit ꝑ luſum lęticiāqz ſepeliūt re-

ferētes quot malis ſit liberatꝰ, tanq̄ʒ mores eripiat homines a malis non a bonis. Res hęc in ędibus Bentiuolorum in ambulacro viridarij graphice depicta eſt Monochromateo gn̄e picturę, cui ſubſcriptuʒ legitur noſtꝝ hoc monoſtichō, Hi vitę erumnas deflent hi funera plaudunt. Maſſagetę in via in propatulo, ſine pudore concumbunt tanq̄ʒ Cynicoꝝ dogmata probēt et cratetis ſectētur exemplum, qui in porticu in loco celebri coraʒ luce clariſſima cum vxore hipparche concubuit, quos zeno, iniecto palliaſtro a circumſtātis coronę obtutu defendit, ꝓtexitq̄ʒ. Alani creophagi ſunt, hoc ē carnibus aluntur pane nō veſcentes a dogmate pythagorico deuij penituſq̄ʒ abhorrentes. Ichthiophagi ſolis piſcibus victitāt, vnde ⁊ nomen tanquā illorum ſectā ęmulentur, quorū vita piſculēta eſt, eſu carniū interdicto

Galactopote lacte nutriuntur, quod et nomen oſtendit Aegyptiorū mos iſte cōuiualis memoratur, ex ligno ſimulachrum mortui factuʒ longitudine cubitali ſimillimuʒ vero confert vnus in cōuiuio, oñdeſq̄ʒ id ſingulis coepulonū ait. Tu in hūc intuēs, ede, bibe lude talis poſt mortē futurꝰ. Quē rituʒ ſignat et Silius canens, ęgyptia tellus. Corpora ⁊ a mēſis exanguē haud ſeꝑat vmbrā. Iidē ęgyptij ſed et ęthiopes, et colchi circumcidunt genitalia qđ nūc ꝓpe peculiariter iudęi obſeruāt, qui octauo die cultro petrino ex moſaica lege pueros circūcidunt. Iidem quolibet die Saturni, hoc ē ſingulis ſabbatiſ feriati ociātur. Qđ illudit Seneca oſtēdens ſeptimā vitę partē perdere iudęū, cui vt inq̄t Satyrographꝰ Septia quęq̄ʒ fuit lux Ignaua, et partē vitę non attigit vllā Germanoꝝ vita oīs antiq̄tus in venationibus cōſiſtebat, oēs inſtrumēto venatorio inſtructi feras veſtigabant, ita duriciei corporis firmitudiniq̄ʒ ſtudētes. Quod genꝰ exercitationis vt virile maxime probat Plato libro vij. de legibus

Poſſent exēpla hoc genꝰ ꝓpe infinita cōgerere, ſed occurrendum eſt ſatietati, cū ſatis ſupq̄ʒ cōſtet ex an̄ dictis verū eſſe ꝓuerbiuʒ, quod ait ΝΟΜΟΣ ΚΑΙ ΧΩΡΑ lex et natio, ex q̄ illud quoq̄ʒ commonemur plꝰ in hoībus pollere leges et ritꝰ q̄ʒ vim ſideralem, qua mathematica cuncta confiteri eſt perſuaſiſſimuʒ. Nec eñi vlla poſitura ſtellarum ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

radiatio eſſe poteſt, que oēs iudeos impellat ad circumciſionē octauo die faciendā vbicunq; naſcunt̄. Nec poſſibile eſt oēs eundem habere horoſcopum, eādēq; genitura, ſed ex preſcripto legis hoc fieri certū eſt Sic et Chriſtiani tincti fiunt hoc ē baptizati nō ex ſidere natalitio, ſed ex dogmatis noſtri inſtituto. Nec apud parthos, ac perſas Maguſſei, ſic eñ appellantur inceſta matrimonia ineuntes, hñt oēs in natiuitate Venerē in domo Saturni cū Saturno cōiunctā, que radiatione martis maleuola aſpiciat, nec germani oēs habent horoſcopum in quarta parte leonis, nec oriente canicula naſcuntur, quibus ſyderibus horoſcopantibus ex ſyderalis ſcientie placitis venatores pducuntur. Apud Getulos lex eſt a mulieribus agros coli, domos edificari oia odorameta, vnguentaq; aſpernātibus veſtes quoq; infectu coloris pcioſas faſtidictibus, ecōtrario viri hiſce omnibꝰ oblectantur cū ſint tamē bellicoſiſſimi. Nec tñ dicendū eſt femias oēs getulorū in capricorno, aut Aquario male affectam venerē habuiſſe, nec viros oēs in Ariete vna cum Marte Venere cōſtitutā natos eſſe quod fortes ſimul et delicatos efficere viros chaldeorum ſiue mathematicorū decreta declamāt. Cetera de genere hoc adeo ſunt multa loquacez delaſſare valēt Fabiū. Sat nobis ſint ſummatim iſta libaſſe nec in hec diuertiſſe fuerit alienū propter inuulgatā aſſertationē, qua traditum eſt omnia que agunt homines et minutiſſima queq; fieri vi ſyderali fatiq; decreto. Nos poteſtati ſtellarū multa immo maxima tribuimus, non inficiamur terena coeleſtibꝰ ancillari, eſſeq; ipſius fati neceſſitati obnoxios mortales. Quod et mox paulo planiꝰ liqbit, Sed et libertatem arbitrij et legem et conſuetudinem plurimū pollere in hominibus alacriter aſſerimus, id quod preter ceteros ſentit Apolloniꝰ Tyaneus. q ait apud Philoſtratum homines nature legiq; ſeruire. Alioqui ſi hoīes nihil ſua ſponte, nihil arbitratu ſuo faciant ſed ducentibus ſtellis et aurigantibus, non plane homines non λογικα ζωα. id eſt rationalia animalia, ſed ludicra quedam preſtigiatorum et ridenda neruis mobilia eſſe videbuntur

Ex hoc eodē prouerbio quod eſt νομος και χωρα lex ⁊ ras-

tio admonemur, pulchꝛ̄ eſſe multas terras peragrare, multaꝝ natio-
num leges et moꝛes inſpicere. Pars ſapiētię nō minima ē nouiſſe gē-
tes multiiugas et gentiū ritus. Sic poetę heroas illos ſingulari pre-
ditos ſapiētia fuiſſe declarant, qui peregrinatoꝛes extitiſſent multaqꝫ
loca erroꝛibus diuturnis ꝑagraſſent. Sic ille ingenioꝛum fons Ho-
merus Vlyſſem pręconio virtutis extollit, Qui moꝛes hoīm mul-
toꝝ nouit et vꝛbes. Ex hac laude cenſendus eſt Protonotarius meus
Bentiuolus, qui ſuſcepta hieroſolymaria peregrinatione voluit prę-
ſens oculis cōtemplari loca religioſiſſima, q̄ auribus abſens celebꝛari
quotidie inaudiebat, qui cuꝫ Plautino milite congruēs dicente Plu
ris eſt oculat⁹ teſtis vn⁹ q̄ꝫ auriti decēꝫ, Duce religione intrauit maria
magnas terras obeūtia, et penitiſſimas iudeę gētes acceſſit, Hieroſo-
lymā quam iudeę vmbilicū tradunt introiuit, vbi templuꝫ illō. So-
lomonis famigeratum, et cętera monumētis hiſtoꝛicoꝝ loca celebꝛa-
ta perſpexit. Syon aſcēdit, quę arx vel ſpecula interp̄tatur. Vbi ſe-
pulchꝛum domini ſanctitudinis et venerationis plenū venerabūdus
ſalutauit: et ſane ſacram ſcripturam lucidi⁹ intuebitur, vt in q̄t diuus
Hieronym⁹, qui iudęam oculis cōtemplatus eſt: ſicut gręcoꝝ hiſto-
rias magis intelligunt, qui viderint Athenas. Laudabile eſt fuiſſe
hieroſolymis, et ſic laudabili⁹ eſt hieroſolymis bene vixiſſe. Cōmone
faciat nos frugiferum hoc pꝛouerbium νομοσ και χωρα vt ex
contemplatione variarum nationum et moꝛum quę laudabilia ſunt
et ſancta ęmulabundi ſectemur, quę culpabilia et obſcœna factu vita
bundi repudiem⁹. Parœmia gręcoꝝ eſt τρυγονοσ λαλησ-
τεροσ turture loquacioꝛ, quę de loquutuleis, et blacteronibus atqꝫ
in verba pꝛouectis hominibus dicitur, quoniā turtures non ſoluꝫ oꝛe
ſed etiā poſterioꝛibus mēbꝛis reſonare ac obſtrepere creduntur. Doce-
mur hoc pꝛouerbio ſalubꝛiter et ſcite ne ſimus futiles, et immodici lo-
quutoꝛes ne os noſtrum ſcateat verbis lapſantibus, ne loquacitatis
neruo deuenuſtemur, cui cōſimile ē alterū illud το Δωδωναι-
ον χαλκειον lebes dodoneus cuius meminit Menāder. Fuit
enim Dodonę lebes aeneus ſupꝛa columnaꝫ in ſublimi poſitus, puer

autē et ipſe ex ęre fabrefactus in altera cominus columna conſtitutus
flagellū ęreū tenens flāte vento lebetez ęneū perſępe circūactus ꝑcu-
tiebat, et ita diu lebes ille reſonabat. Vñ adagiū hoc ortū eſt de garru
lis et nimiū diu tinn ictibus. Quod ne de nobis merito dicat̃, etiam
atq3 etiā cauendū eſt. Natura nos tacita quadā inſtitutione forma-
uit ad parciloquiū quę duas hoī aures dedit, os vnū vt plura videli-
cet audiret q̄3 loqueret̃. In multiloq̊o (vt inq̊t Salomō in ꝓuerbijs)
peccatū non deerit. Cōtra ſermoni ꝑcere multis de cauſis ſalutare eſt
(vt inq̊t prudētiſſime Plynius) Multi impēdio loquaciores ſępe-
numero voces effutiūt, quę mox ꝑ iugulū reuertunt̃ ⁊ ſepe lubricum
linguę trahit̃ ad poenā. q̄3uis iurecōſulti nō trahēdū eē pręcipiāt ad
legē Juliā maieſtatis ⁊ vt inq̊t ille Neſcit vox miſſa reuerti. Et ſemel
emiſſū volat irreuocabile verbū. Hinc laudat̃ Xenocrates ille Pla
tonic̃, qui cū maledico quorundā ſermōi taciturn̄ intereſſet, vno ex
his querēte cur ſolus taceret ſcitiſſime rn̄dit, q2 dixiſſe me inq̊t aliqñ
poenituit, tacuiſſe nunq̄3 Greci dicūt ψυτθιρον ανδρα εκ-
βαλεσησ οικιασ. id ē hoīe3 loquacē ex ędib̃ tuis explodito, cui
cōcinit ſymbolū illud Pythagorę: hirūdine3 in domo nō ſuſcipien-
dā, quod ſ̃cat garrulos ⁊ ṽboſos hoīes ſub codē tecto nō habendos.
Hic eſt ille Pythagoras ꝑmus phię nūcupator q̊ loquacitatē impro
bās diſcipulos elinguabat. Nihil eos ꝑus docēs q̄3 tacere Vbi aute3
erāt ſilētio eruditi et εχεμυθιαν. i. taciturnitatē bñ didicerant,
tūc verba facē et q̄ opinarētur expromē ptās erat, ſed hoc erat ꝑmum
ſapiētię rudimentū meditari cōdiſcere, loquitari dediſcē, nec oēs pa
ri tꝑe elingues, ſed alius pl̃, alius min̄ tacebat, loquaciores in quin-
quēniū velut exilio vocis puniebātur, bonū ē auditores optimi nō-
nunq̄3 Pythagoriſſare et εχεμυθιαν pythagoricā perdiſcere,
idq3 facere qđ meliſſiū mecoenatē factitaſſe accipim̃, q̊ ſilētiū tri-
ennio ſibi impauit. In ſacris ꝓſcoꝝ ethnicoꝝ, hoc ē gentiliū ſilenti-
um tanq̄3 ſalutare pręcipit̃, in q̊bus notiſſimū eſt illđ verbum, fauete
linguis: q̊ ſilētium impat̃, vt rite ꝑagi poſſit ſacꝝ nulla voce mala ob-
ſtrepente. Alteꝝ eſt ſacrificale verbū min̄ vulgo notū in eādē ſniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

paſcito linguā hoc ē coerceto, cōtineto taceto Nāq3 vt ſcitiſſime refert
Hieronym⁹ et in decretis canonicis Diſt. v. de cōſecratiōe repetitū eſt
Verboꝝ multitudine nō flectit deus, q̄ nō tam ṽbis q̄3 corde ē adorā-
dus. Hinc in cerimonia Romanoꝝ diua āgerona digito ad os admo
to ſilētiū3 denūciabat, huc q̄q3 pertinet Arpocrates ęgyptiacę religi-
onis de⁹, qui figurabat̃ ore obſignato vocē premēs, digitoq3 ſilētium
ſuadēs. Cu3 igit̃ ſilētiu3 ſalutare ſit, garrulitas ſtulta ꝛ detrimentoſa,
caueam⁹ ne de nobis ꝓuerbia duo merito dicātur τρυγονοσ λα-
λησ τεροσ. i. turture loq̄cior ꝛ Δωδωναιον χαλκειον
Dodone⁹ lebes. Ne ſiles ſim⁹ mulierculis, q̄ lingulacę ſunt ꝛ largilo-
quę. De q̄bus dictū eſt. Nullā iuuenta3 eē mutā in om̄i ſeculo, ꝛ cu3
nihil eē fœmineas ornet ac ſilentiū, qd̓ gręce d̓r σιγηκοσ μον-
φερει ταισ γυναιξι. Fœmine noſtri ſęculi hęc ornamēta non
norūt, cultū hūc repudiāt et ſchola Pythagorę obturata gymnaſiu3
loquacitatis aperuerūt, vbi ſine doctore dociles, imo vbi om̄es magi-
ſtrę ſt̄: tā veteranę q̄3 tyruncule vbi tot ꝑiter pelues ꝛ titinabula dicas
pulſari, etem̄ (vt inq̄t veriſſime Plaut⁹) Supellex mulieris ē clamor
Nos vero decet meminiſſe, quēadmodum natura vallū dentiū op-
poſuit petulātię verboꝝ cohercēdę. Qd̓ Homer⁹ appellat ερκοσ
οδοντων. vt ita ṽba quę volātia poetę appellāt detractis pinnis
intra ſepimētu3 hoc cohiberent̃. Bene em̄ exiſtiatum ē orōnē non in
ore naſci debere, ſed in pectore, linguāq3 q̄buſda3 quaſi vinculis ſuffre
nāda3. Nam (vt inq̄t Heſiod⁹) γλωσσησ τοι θησαυροσ
εν ανθρωποισιν αριστοσ. i. optim⁹ eſt hoī linguę theſaur⁹
Enni⁹ in hoīe graphico abſolutoq3 laudat in p̄mis linguę parſimo-
niā illo verſu. Secūda loquēs in tp̄e cōmod⁹ ꝛ verboꝝ vir paucoru3.
Oratio Flacco datū eſt vaticiniū. Garrul⁹ hunc qn̄ cōſumet cūq3 lo-
quaces, ſi ſapiat vitet. Nos ergo ne garruloꝝ garrulitate cōficiamur
vitem⁹ loquaces, et ipi ꝓcul ſim⁹ a Therſita Homerico, quem αμε-
τροεπη. i. ſine fine ṽba fundentē. maxim⁹ poetaꝝ eſſe ſcribit. Ta-
cendū ſemꝑ eſt vt olim dixit Maro noſter niſi cū aut taciturnitas ſit
obfutura, aut orō ꝓfutura. Gręci canūt. κρειττον σιωπαν η

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

λαλειν αμηπρεπει. του δεν σιωπησ εσσι χρη/
σιμωτερον. i. meli⁹ eſt tacere q̄ȝ loq̇ indecora, nihil ſilētio ē vtili⁹.
Ego adeo ꝓuerbiū hoc canendū cenſeo, turture loq̄cioꝛ vt ſudeaam
poti⁹ illud alteꝝ τεττιξ ακανθινοσ. i. cicada achātina et illud
βατραχοσ σεριφιοσ. i. rana ſeriphia qd̓ de mutis dr̄ et taci/
turnis. Siquidē mutas eē ferunt minimeqȝ canoꝛas acāthinas cica/
das, et itē ranas in ſeripho inſula obmuteſcētes ꝓgigni. Mali equidē
dici vt ē in alio grecoꝝ ꝓuerbio. κωφοτεροσ κηχησ. id ē taci/
turnioꝛ turdo q̄ȝ turture loq̄cioꝛ. Sȝ cum ꝟtus ſit quedā vt greci di/
cūt μετριοτισ. i. mediocritas, noliȝ tn̄ ita ſeruaē ſilētiuȝ, vt ſilen/
tio pereā. id qd̓ amyclis ferūt cōtigiſſe. Vn̄ ſcite Lucili⁹. Mihi necē
loq̇, nā ſcio amiclas tacēdo periȷſſe. Scituȝ q̄ȝ eſt illd̓. Caput ſine lin/
gua pedaria ſn̄ia eſt. Et vt inq̇t Flacc⁹. Cuȝ vitāt ſtulti vitia in cōtra
ria currūt. Ego in me cupio ꝓbari illud Horatianū. Dȷ̄ bn̄ fecerunt
inopis me q̇qȝ puſilli finxerūt animi raro ⁊ ꝑpauca loquētis. Ligua
que animi intꝑres ē, vt ait Lucreti⁹, Animi ſenſa expꝛomat nō inep
tias. Occurrat hoc in loco fortaſſis auditoꝛ catus et ſolers, inquiens
Quid tu mgr̄ qui tātopē ꝓbas laconiſmon, ⁊ laudas lingue ꝑſimo/
niā tam linguax es et largiloquus, cur qd̓ in aliȷs carpis, id in te inſig/
niter oſtētas: Audi auditoꝛ bone loquacitatē futilē ⁊ inſcitā taxam⁹
multiloq̇um carpim⁹, in quo nulla ſubiecta ſn̄ia eſt: nec ſcīētia. Sed
ſi oratoꝛ ex promptuario litterario erudita depꝛomit idqȝ lōga facit ora
tione, non tam loquax q̄ȝ facundus ē habendus, nec illa taȝ eloquētia
exiſtimāda q̄ȝ loquētia Ciceronis oratio (vt ꝓrimo vtar argumento)
ea dicit̄ eē optima, q̄ eſt longiſſima, quid ita: quia eloquētiſſimus eru
ditiſſimus eloquentiſſim⁹ eſt, hec autē fandi copia et dapſilis dicendi
vbertas cum in ceteris Tullianis voluminibus elucet tum in oratio/
nibus eſt eminētiſſima. De q̇bus dicere poſſim⁹ id quod de Platonis
oratione Phauorin⁹ dicere ſolebat, ſi ex Ciceronis orōnibus verbum
aliqd̓ demas muteſue atqȝ id cōmodiſſime facias de elegantia tn̄ de/
traxeris. Nō ſunt lōga q̄bus nihil eſt qd̓ demere poſſis, et ſicut arbo/
res nihil perinde ac proceritas atqȝ altitudo cōmendat: ita Ciceronis/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

nas orõnes nihil magis ꝗ̃ copia atq; vbertas exornat: quaruʒ ꝟtutes multijugę ſigillatim ꝗ̃tidianis lcõibus explicabunt, ⁊ ſole clariꝰ ap‑parebũt, ꝗ ꝓuerbiuʒ τρυγονοσ λαλησ τεροσ Turture loꝗ̃cior, nõ cadit in Ciceronē, nec in alteꝝ quēpiaʒ, ꝗ̇ flucto eruditę ac le‑pidę orõnis inundet. Sed in eos ꝗ̇ cum loqui neſciãt tacere non pñt, ꝗ̇ futili garrulitate diffluētes ea loꝗ̇tant atq; deblacterãt, in ꝗ̇bus nec pes, nec caput appareat. De ꝗ̇bus dici pt̄ tertiũ illud ꝗ̃ frequēs apd̄ eos adagiũ. γραωνυθλοσ. id ē anicularum deliramēta ⁊ nugę. Qd̄ vitiuʒ ꝓcul abfore dictis noſtris, ſcriptiſq; ꝓmittimus qd̄ vt in pñtia re magis ꝗ̃ verbo pręſtem, cõpendioſiora ꝑcurrã, et quãtuʒ ad h̄ ꝓuerbiuʒ ꝑtinet ꝟbum nõ ampliꝰ addã. Prouerbiũ eſt Platoni‑cum. αναγυτρη ουδε θεοι μαχονται. i. aduerſus nccitatē nec dij quidē pugnãt, ꝗ ſignificatur nccitati nihil reſiſtere, ac reluctari poſſe. Apud Liuiũ ait. L. Lētulꝰ pareat neceſſitati, quã nec dij qui‑dē ſuꝑant. Apud eundē inꝗ̇t Meſſius volſcus, nccitates, ꝗ̃ vltimũ ac maximũ telũ in ſuꝑiores eſtis Scite et elegãter a Palladio dictũ ē Nccitas ferijs caret Dixit Dionyſius nccitati etiã dei cedũt Joſippꝰ in bello inꝗ̇t nihil ē neceſſitate pugnaciꝰ. Jn decretis canonicis Di‑ſtinc. i. de cõſecratione. Nccitas legē non habʒ. A Ualerio maximo Nccitatis leges amariſſimę, et impia truculētiſſima optio epitheto nũcupant. Plato et Plotinꝰ Platonicꝰ doctiſſime ſcpſerũt parcas. ανανκησ, id ē nccitatis filias eē, ꝗ̃ vna cũ mr̄e fuſuʒ torqueãt, ⁊ in cuiuſq; gñatione cõuoluãt. Hinc Platonicꝰ alter. nõ minꝰ nobilis Apuleiꝰ noſter Deũ inꝗ̇t vltrix nccitas ſemꝑ et vbiq; comitatur. Jlle quoq; ter maximꝰ, vt noīe ipõ apparet. Trimegiſtꝰ docet quēadmo‑dum ειμαρμενη, id ē fatũ ⁊ nccitas ãbę ſibi inuicē indiuiduo cõ‑nexę ſunt glutino. quaꝝ prior ειμαρμενη reruʒ oīm parit initia. Nccitas ꝟo cogit affectũ Ueꝝ; cum philoſophãdum ſit, iuxta Ne‑optolemũ ęnnianuʒ paucis Jã a ſublimioribꝰ ad humiliora, a philo‑ſophicis ad hiſtorica trãſiliamꝰ, quę oppido iucũdiora ſunt. Et cum multa ſint veteꝝ memoriaꝝ documēta ꝗ̇bus manifeſtiſſime demon‑ſtrant nccitatem eē ineluctabilē inuincibileʒq; erimꝰ in pñtia cõtenti h̄

vno exẽplo, qđ pręmanib⁹ eſt, qđ ab re, quã molior haud quaq̃ꝫ ẽ alie-
nũ et αναγκη, de qua loquor accõmodatiſſimũ. Attagin⁹ Theba-
nus cõuiuio magnifice, lauteqꝫ apparato Mardoniuꝫ ducẽ perſaruꝫ,
et cũ eo honoratiſſimos perſas numero q̇nquaginta, totidẽqꝫ theba-
nos inuitauit, eoſqꝫ in mẽſa alternos ꝑſaꝫ et thebanũ diſcũbere iuſſit.
Aderat ⁊ huic ꝯuiuio Therſander orchomeni⁹ claritudine natalium
inſignis, ſm̃ coenã cuꝫ libero patri parentarẽt: ⁊ poculis indulgerent
perſa ille, q̇ iuxta Therſandꝝ recũbebat, hoiem vt fit in cõuiuali hila-
ritate interrogat cuiatis eẽt, ille rñdet ſe Orchomeniũ eẽ. Tum perſa
qm̃ inq̇t tu mihi mẽſę cõſors et compranſor es effectus, volo tibi ſnię
meę relinquere monumẽtuꝫ, vt ip̃e quoqꝫ p̃ſcius hui⁹ rei q̃as tibi con-
ſulere, cernis hos perſas cuꝫ mardonio acceptos in cõuiuio opipare ac
magnificẽter: Et copias quę in caſtris noſtris relictę ſunt, horuꝫ oĩm
paruo poſt tp̃e pauciſſimos cernes ſupſtites, et inter loquẽduꝫ lachry-
mas vbertiꝫ effudit. Tũc Therſander ea orõne attonit⁹ ad perſaꝫ in-
quit. Nõne Mardonio hęc expedit dicere et his perſis, q̇ ſecundum
eum ſunt in exiſtimatione Ille autẽ ſubiecit ꝟbuꝫ dignũ memoratu.
O hoſpes inq̇t. Quicq̇d ex deo fieri oportet id homini ineuitabile eſt
Nã ne credibilia q̇dem dicẽtibus credere q̇ſquam vult, hoc permulti
perſarum ſcim⁹ et tãmen Mardonium ſequimur illigati neceſſitate.
hęc perſa Therſandro orchomenio denarrauit veridic⁹ prorſus vates
Siquidem mox paulo apud plateas pręlio iuſto victi et magna occi-
ſione occiſi euidẽter oſtẽderunt nccitatem eẽ ineffugibileꝫ ⁊ illud eſſe
veriſſimũ q̇d velut ex oraculo cecinit Cleãtes. Ducũt volentẽ fata no
lentem trahũt Ex hac neceſſitatis lege, quę impotẽtiſſima eſt, factũ
eſt, vt ego non Apuleiũ pro vt volebã deſtinaueram, ſed Mar. Tul-
liuꝫ, de quo nihil penitus cogitaram cogar publice ꝓfiteri cur hoc: di-
cam ſi potero. Dederam commentarios meos Apuleianos Benedi-
cto bibliopolę primi nominis eidemqꝫ chalcographo hoc eſt impreſ-
ſori elegantiſſimo iampridem imprimendos, vt opus abſolutum, hoc
maximo tempore, quo ſtudiorum culturam auſpicamur in publicuꝫ
exire ac promulgaretur, idqꝫ ſe facturum impreſſor ipſę receperat,

eāqꝫ res bn̄ ſuccedebat, cū ecce penuria chartę q̄s crederet: opꝰ heſit in-
cohatū, etem̄ prima ęſtate quā torrētiſſimā ꝑpeſſi ſumꝰ ſiccitate tāta
laboratū eſt vt chartarij officinatores chartas glutino ꝑcurrē, et cōſe-
quēter pagere nequerint. Jtaqꝫ hęc ciuitas q̄ alioq̄ chartā finitimꝭ po
pulis affati ſolet ſubmiſtrare inopiā chartę ſenſit, cuiꝰ vſu cōſtat im-
mortalē hoīeꝫ. Nec h̄ cuipiā mirꝝ videaṫ cū Tyberio ꝑncipe ſterilita-
tē chartę Romana q̄ꝫ ciuitas ſenſerit. factūqꝫ ſit rei tā neccārię inopia
vt e ſenatu darenṫ arbitri chartę diſpēſandę, alias in tumultu vita erat
Ergo igiṫ cū Apuleiꝰ a carceribꝰ ad metas īpreſſorias ꝓgredi neque-
rit ex animi nr̄i ſnīa, feci iuxta vetꝰ verbum illud, vt Quimꝰ aiunt qn̄
vt volumꝰ nō licet, et iuxta illd̓ alterꝝ. Si non p̄t fieri q̄d vis, id velis
qd̓ poſſis. Dedi manus αΝαγΚΗ .i. neccitati, cui velis nolis paren-
dum ē, quā ne deꝰ quidē ſupat. Uerꝝ memor veteris prouerbij, qd̓ ait
gladiatorē in arena cape cōſiliū, nec illiꝰ ſnīę oblitꝰ, qua aiūt Cōſiliuꝫ
ſub manu naſci debere, e ueſtigio meip̄m cōſului neſcio an bonū cōſi-
liariū conſilioqꝫ domeſtico vſus ſtatiꝫ cēſui nihil fieri poſſe cōgruen-
tius, nihilqꝫ auditoribꝰ vtilius, q̄ꝫ vt maxio poetarꝝ, maximꝰ oratoruꝫ
copulareṫ. Jtaqꝫ Lucio Apuleio, quē neccitas vetat. M. Tulliū ſub
didi ſuccedaneū. Qd̓ ſane bono cōſilio factū videri p̄t vt ſcilicet duo
columina doctrinarꝝ alter poetarꝝ inclytiſſimꝰ, alter oratorꝝ deꝰ Am-
bo extra oēm ingenij aleā poſiti iunctim irēt, iunctimqꝫ enarrarētur.
Et me Hercules in vtroqꝫ oēs fandi ꝟtutes eluceſcūt, de quorꝝ laudi
bus meliꝰ eſt ad pn̄s tacere, q̄ꝫ pauca dicera, cū ad laudāduꝫ ꝓmerito
Uirgiliū et Tulliū, Uergilio ⁊ Tullio laudatoribꝰ opus ſit. Pręte-
rea in libro orōnuꝫ mearꝝ extāt vtriuſqꝫ ſcriptoris luculēta pręconia.

Cęterꝝ ne Parthis mēdacior (vt dr̄) inueniar, neue dicat vt ē in ve-
teri gręcorꝝ ꝓuerbio ΚΡΗΤΙΖΕΙΝ hoc ē cretas mendaces imitari tan-
tiſꝑ orōnes Ciceronis enodabimꝰ, donec imp̄ſſor apuleanis inṫpreta-
mētis extremā manū impoſuerit. Jmponeṫ autē continuo poſt ſolē-
nia dn̄i natalitia. Chriſtianorꝝqꝫ ſaturnalia, tūc fideꝫ exoluā tūc nomē
expugnā, et qd̓ iādiu ꝓmiſere ipſe p̄ſtabo. Erit autē hęc ꝓcraſtinatio
ſcholaſticis oppido q̄ꝫ cōducibilis. Nā interea aliq̄t Ciceronis orati-

ones explicabunt̄ a nobis, ea diligētia, eaqꝫ om̄ifaria eruditione, vt ia-
nua laxiſſime reſerata reliq̄s deinceps orōnibus oībus videri poſſit, vt
q̇ vel pauciſſimas audierit, cęteras ſine int̄ꝑrete citraqꝫ doctorē audire
ip̄e ⁊ ꝑ ſe intelligē q̄at haud ſane difficult̄ Anno aūt a ſalute dn̄i M.
D. quē iubileuꝫ nominitāt, perin̄ ac auſpicatiſſimo ⁊ memorādo āno
Apuleium fauſte. ac fœliciter initiabimꝰ. Et quoniā iubilei facta eſt
mētio. nō fuerit ab re pauca quędā ad iubileū ꝑtinētia hoc potiſſimū
loco explicaē. Vos (vt cœpiſtiſ) q̄ſo libētibꝰ animiſ ⁊ auribꝰ auſcultate

Jubileus res ē et dictio Judęoꝝ. Apud quos q̇nquageſimꝰ quili-
bet ānus erat ſacroſanctꝰ. Nā vt in Leuitico ſcꝑtuꝫ legimꝰ. Deꝰ mo-
yſi q̇ cū familiarit̄ loq̄bat̄ pręcepit, vt annū q̇nquageſimuꝫ ſanctifica-
ret, eoqꝫ remiſſio daret̄ cūctis Judeę habitatoribꝰ. Jtaqꝫ oīs venditio
redibat ad dn̄ꝫ, oīs poſſeſſio ad ꝑſtinū poſſeſſorē, creditores a debito
relaxabant̄, ſerui libertate donabant̄, et ob iubilei ſanctificationē agri
erāt feriati. Ex hoc inditū eſt iubileo nomē ꝙ lingua hebraica (vt do-
cet Joſephus in libris ātiquitatū) ſ̄cat libertatē. Quidā (inter q̄s eſt
Nicolaꝰ de Lira) tradūt hebraico vocabulo buccinā Jobel nūcupari
Vn̄ iubilei nomē inclinatū ſit, ꝓpterea ꝙ buccino tubę ⁊ clāgore mē-
ſe ſeptimo iubileus denunciabat̄. Petroniꝰ arbiter iubileum annū re-
miſſiuuꝫ ſignificare auctor eſt Jtē eo pētateuci libro, q̇ inſcribitur nu-
meri. Jubileꝰ interꝑ̄tatur ānus remiſſionis. Sicut ergo apud iudę-
os iubileo remiſſio dabat̄ reꝝ corporaliū. Sic nūc apud Chriſtianos
indulget̄ remiſſio. vel vt vtar vocabulo Cypriani Remiſſa pctōrum
atqꝫ noxaꝝ Legitimus aūt iubileꝰ eſt q̇nquageſimo quoqꝫ āno. Qua
in re ſubit admirari iudaicā inſtitutionē, q̄ ex cōtemplatu numeri ſep-
tenariȷ̄, q̇ numerus ē perfectiſſimus, iubileū obſeruandum pręcepiſſe
videri poteſt. Septem em̄ annoꝝ hebdomades, hoc eſt āni ſepties ſe-
pteni conficiunt climactera vitę humanę periculoſuꝫ, vt merito poſt
numerū potentiſſimū, eundēqꝫ in hominibꝰ efficacē. De quo in libel-
lo ſeptē ſapientū copioſe diſſerui, ſubſequat̄ annus iubileus plenꝰ bo-
norum et beatitatis, quē cuncti mortales fauſtū, fortunatumqꝫ ac fœ-
licem omināt̄ur et optāt, quo cupimꝰ animis, corporibuſqꝫ defœcatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

mundi puriqꝫ et perinde ac fœlices reliquum euum poſſe traducere.

Sicut ergo priſci, quoꝝ inſtitutionibꝰ vita noſtra formatᷣ. Calēdis Januarij ꝓncipio āni auſpicabantᷣ ſuas qſqꝫ artes, et litibꝰ ſuperſedebāt, et dulcia guſtabāt, vt fœlici auſpicio totꝰ annus iret dulcis ⁊ fortunatus. Ita nos āno iubilei hoc ē anno libertatis, āno remiſſiōis, āno ſanctificationis, āno optatiſſimo, ad quē mortaliū vota ſuſpirant auſpicabimur vna cū noſtris cōmentarijs Aſinū Apuleianū vere aureū, vere bracteatū, vt auro, fœliciqꝫ auſpicatu vita noſtra fœliciter et fortunate ꝓgrediatᷣ, vt poſſi3 deinceps cōmentādo, legēdo, ſcribendo ꝓdeſſe nepotibꝰ, poſteritatiqꝫ cōſulere. Et nos ingenij monumentis vixiſſe teſtemur. Habetis viri clariſſimi ſnias populares, nō populari opinioꝛ trutina examinatas a nobis, ſed morali potiꝰ et literata ſtatera ꝑpenſas, habetis ꝓuerbia quoꝝ vſurpatio minime ludicra videri debet, cū his ſcateat volumina philoſophoꝝ, cū his non abſtineant ſanctaꝝ legum cōditores. Deniqꝫ cū ſcriptores omne genus ꝓuerbijs perinde ac cōdimentis libros ſuos refertiāt, quoꝝ hodierna explicatio et ſi iā quadā tenus lectionibus noſtris accōmodata eſt nūc maxime adglutinetur et coherenter adhereſcat. Vulgares ſnię ſunt ꝓuerbia. Vulgares ſcriptores ſunt Vergiliꝰ et Cicero. Quid enim magis in ore vulgi eſt, qd vſu populari magis detritū. Docti, indoctiqꝫ, vrbani, et ruſtici opifices oēs pueri mulierculę Vergiliū Ciceronēqꝫ mouere, nihil vulgare magis, vterqꝫ qtidie excutitᷣ, quotidie cōprobatur, ⁊ cū ex illo ꝓuerbiali ꝟbo Quot capita tot ſentētię fiāt vt ſcptor q̇ vni placeat alteri diſpliceat qd vnus et alter ꝓbant, pluſculi improbēt in Virgilio Ciceroneqꝫ ꝓbando cū ſpirāt oēs tam amuſoteri q̄ꝫ literati. Nec tam pedibus q̄ꝫ animis vadunt in eandem ſententiā laudationis. Iā vtriqꝫ ſibi hoc laudis prope peculiariter vendicauerūt vt appellatione oratoris. M. Tullius. Appellatione poetę Virgilius ſignificētur, quoꝝ duorum virtus non indigna vllius preconij amplius ē. Tanta claritas ſupfluit. Prouerbioꝝ doctrina feria ē ⁊ frugifera vt docuimꝰ ⁊ medulla ſuccoſior. Maronis ⁊. M. Tullij doctrina q̄ꝫ feria, q̄ꝫ frugifera ſit ⁊ medulla ſuccoſa, q̇ neſcit, nihil ꝓrius ſcit,

ꝗ ignorat, nihil nõ ignorat, ꝗ duo ſcriptores ꝗ̃to magis legunt, tanto
magis legẽdi ſunt, quoꝝ lectio pueris neceſſaria, iuuenibꝰ vtilis, ſeni-
bus ꝑiucunda. Deniqꝫ illi ſe ꝓfeciſſe ſciãt, ꝗbus Cicero et Uirgilius
valde placuerint, ꝗ haud dubie oñdunt veꝝ eſſe ꝓuerbiũ illud. ΠΟΛ-
ΛΟΙ ΜΑΘΗΤΑΙ ΚΡΙΤΤΟΝΕΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΩΝ. Multi di-
ſcipuli meliores p̄ceptoribꝰ. Nãqꝫ ꝙ Maro ⁊ Cicero lõge doctiores
doctoribꝰ ſuis fuerint, nemo vnqꝫ hõ dubitauit, cuꝫ doctrina illoꝝ, et
noĩa in vulgꝰ ignota ſint, aut ꝑ diſcipulos cognita. Grãmatici tradũt
Sironẽ epicureuꝫ fuiſſe Uirgilij p̄ceptorẽ, nõne hic inglorīꝰ, igno-
biliſqꝫ ẽ, cum diſcipulꝰ ſit glorioſiſſimꝰ, inclytiſſimuſqꝫ. M. Tulliꝰ
perinde ac gratꝰ diſcipulus hanc grãm ſuis magiſtris rependit, ꝙ eos
laudabilit̃ celebrat, ⁊ honorifica nuncupatiõe perceſet. In tm̃ diſſiľis
iſtis ꝗ p̄ceptores ſuos nõ ſoluꝫ parẽtis loco nõ habẽt, vt p̄cipitur, ſed
eos clãculo in ãgulis vellicant, cõuitijſqꝫ ꝓſcindunt ac obtrectãt, Ita
gloriã adipiſci ſperãtes, ſi doctioribꝰ derogauerint. Uere prorſus lau-
dis expertes. Nã qui obtrectatiõe p̄ceptoris famã aucupat̃ infamiã in-
uenit, et in oĩ̃ ꝓboꝝ cetu exibilat̃, explodit̃ vt improbꝰ, formidatur
vt vipera, fitqꝫ odiũ puppꝫ cuꝫ, nõ ſecus ꝗ̃ qui parẽtibus maledixerit
Etenĩ p̄ceptor aĩorum parens ac formator ẽ, quẽ niſi oĩ̃ verboꝝ ho-
nore ꝓſequamur, niſi vbiqꝫ locoꝝ, vbiqꝫ hoĩm honorifica mentione
dilaudemꝰ, impij nefarij ſcelerati meremur nũcupari. Quãto magis
ingenue, et ſancte, et officioſe agit. M. Tulliꝰ noſter ꝗ nominati ma-
giſtros ſuos celebrat, videlicet in arte oratoria Menippũ ſtratonicen-
ſem, tota Aſia illis tꝑibus diſertiſſimũ, et Dionyſium magnetã. Xe-
noclẽ adramytenũ. Cõprimis ꝟo memorat Apoloniũ Monoleum
Rhodiũ clariſſimũ tunc dicẽdi magiſtꝝ In dialectica Diodoꝝ ſtoi-
cũ, in pħia Philonẽ et Antiochũ, quos oĩs fama obſcura recõdidiſſꝫ
et vetuſtas oblitteraſſet niſi diſcipuli gratiſſimi monumẽta illoꝝ noĩa
perire nõ ſinerẽt Qui fuit tãto maior doctoribꝰ: quãto maiꝰ eſt dare
lumẽ ꝗ̃ accipe, et ſane fuit neccãriuꝫ, vt diſcipuli meliores magiſtriſ ex-
iſterẽt. Alioꝗ ingenue diſcipline oẽs iã decoxiſſent. Iã ad nihiluꝫ ar-
tes fere oẽs redijſſent quas cernimꝰ ad ſummũ faſtigiuꝫ ꝑueniſſe, dũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

proficiētibus ingenijs prouerbiū hoc quotidie cōprobat πολλοι
μαθηται κριττονεσ διδασκαλων. Multi diſcipuli
meliores p̄ceptorib⁹ Ego quantū ad me attinet connixu s ſum ꝓ viri
bus dies, noctes incudē hāc literariā tundendo ne p̄ceptoē meo Frā-
ciſco Puteolano homīe (vt tūc tpa ferebāt) eloq̄ntiſſimo eruditiſſi-
moq3 deterior, neue minor exiſterē. An id aſſecut⁹ ſim alioꝝ ſit iudici
u3. In hoc haud dubie laudādus q͏̄ auſus ſi3 q͏̄ volui, q͏̄ valui decer-
tare cū illo, ea videlicet cōtentiōe q̄ honeſtiſſima ē, in qua vincere ⁊ vi-
ci ꝑeque pulchꝝ atq3 magnificū eſt. Nā vt inq̄t ille, in magnis volu-
iſſe ſat ē. Ad hoc pulcherrimū certamē vos oīs ꝓuoco, vt ita mecum
decertetis, ſicut ego feci cū magiſtro meo: Frāciſco puteolano quē ho-
noris et amoris cauſa nomino, quē omīmodis laudib⁹ celebro, q̄ lite-
ras literatas ſenio pene iter mortuas et ſitu ſqualētes, ad lucē nitorēq3
cōprimis reuocauit, cui acceptū refero q̄cquid ē in me doctrinaꝝ, eam
illi mercedē liberalit̄ rependēs, quā Mandrayt⁹ Thaleti pulcherri-
mā ꝑſoluit, et ſane ex ludo p̄ceptoris mei tanq̄3 ex equo Troiano innu-
meri bn̄ lrāti exiliere, q̄ ad ſerias mox doctrinas ⁊ q̄ſtuoſiora ſtudia ſe
laudabilit̄ cōtulerūt. Ego ꝓo ſectā doctoris, nec pœnitet fauorabilit̄
ſectat⁹ ſu3, et vna meū decus meū Min⁹ Roſcius, q̄ mihi hō nemo
amicicior ē quē nobiliū eruditiſſimum. Eruditoꝝ nobiliū appellare
merito cōſueui, q̄ in hac politiori literatura tm̄ ꝓfecit, tāq3 emūctus ē
et terſus, vt meū eſſe cōdiſcipulū Symmyſten, ꝯſectaneū poſſis ag-
noſcē Cęteꝝ vt domū repedem⁹, cupio et opto a vobis in hac pugna
literaria ſuꝑari, etēm̄ laus pręceptoris diſcipuli ꝓfect⁹. Ita mecū con
tendite vt Vergilius et M. Tulli⁹ cu3 ſuis p̄ceptorib⁹ contēderunt,
q̄s pulcherrimo in certamīe victos plauſibilit̄ pręterierūt, planiſſime
oñdentes veriſſimū eē ꝓuerbiū, πολλοι μαθητοι κριττο-
νεσ διδασκαλων multi diſcipuli p̄ceptorib⁹ meliores Pul
cherrima poſſeſſio hoī doctrina ē vt muſę grecoꝝ teſtātur, canētes
καλλιστονεσ τινκτημα παιδια βροτοισ. cōpotes
vos huiuſce tā p̄cioſę poſſeſſionis faciēt. M. Cicero, ⁊ Virgili⁹ Elo
quētia in hereditate mortalibus relicta. Quoꝝ volumina ſunt prato

ſimillima. Nā ſicut in eodē prato bos herbā quęrit, canis leporē, cico
nia lacerten, villica fungos, ꝟguncula flores. Ita grāmaticus, poeta
orator, philoſophaſter ſuis q̊ſq̃ ſtudijs aptiſſima colligētes ex Cice
ronis, Maroniſq̃ penorib⁹. Quos pabulū eſt citra faſtidiū, eoq̃ in
genia maxie puerilia ac iuuenilia ſunt ſagināda, et cū alios dulcia, ali
os falſa, alios auſtera, alios ſubamara delectēt. Ciceroniana fercula et
Maroniana mire faciūt ad palatū oīm et ſtomachū. Nos ꝟo inſtar
archimagiri pulmentaria Ciceronis et Maronis ꝑ ſe eſculēta condi
mentis quoq̃ noſtris eſculētiora facere tētabim⁹, et cum ſimilitudo
faſtidij mater ſit, ea cōditurarꝫ varietate cōdiem⁹, vt ſuccuz ſcitiſſimi
saporis, lōgeq̃ noto diſſi lem. guſtantibus vobis edulia Tulliana et
Maroniana habē videāt. Qd̓ reliquū eſt vobis grās ago ꝛ habeo
multijugas, q̊ me audiuiſtis nō vt pharmacopolā: ſed auſcultaſtis di
ligēter et libenter vt oratorē, ꝛ vt oratio ꝓuerbialis a ꝓuerbio īcohata
ꝓuerbio quoq̃ terminet velle, vt adagiū eſt grecorꝫ ΑΝΤΙΠΕΛΑΡ
ΓΕΙΝ. i. grām repēdere poſſe qd̓ illi vſurpāt de his q̊ grām beniuole
reponūt ΠΕΛΑΡΓΟΙ em̄: id eſt ciconię ſeneſcentes parētes educare
eoſq̃ ſenio laſſeſcentes ac alarꝫ remigio defectos ſubleuare humeris, ac
ſuccollare dicunt Unde ciconia auiſpia vocat, et Antipelargoſis re
muneratio retributioq̃ beneficiorꝫ noiatur, indeq̃ ortū eſt ꝓuerbium
hoc ΑΝΤΙΠΕΛΑΡΓΕΙΝ. q̊d beneficiū retribuere ꝛ gratiā referre ſi
gnificat, cui⁹ enarratio in calce orōnis hodiernę ſit vobis pro gratiarū
actione, et huiuſce officij, ſcholaſtici remuneratione,

Finis,

Dauētrię ex officina Alberti Paefraed Anno a nata
li Chriſtiano Milleſimo quingētesimo decimo ſe
ptimo, die vero decima ſexta mēſis Julij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 76